

1582. iij 10 Aprilis

Ex Ms. Bibli. Zaluzki. No. 255.

74

Litera ^{egia} R^{egia} Majestas ad Duces Pomeraniae.
Negotia pleraq^{ue} principum ad comitia pro:
[viniatia reuit.]

[Stephanus Dei gratia Rex Poloniae magnus dux
Lithuaniae, Russiae, Prussiae, et.]

21

Illustres principes, Domini affines charissimi.
Quod Illustrat^{es} Vestre Nobis de bello Moscovitico
pace finito, gratulantur, quemadmodum haec res
non solum Nobis, regnoq^{ue} nostro, verum etiam et
vicinis regnis, principibusq^{ue} non erit incommoda,
ita majus hae in parte beneficium divinum a:
gno vimus, gratitudinemq^{ue} majorem nomini di:
vino Nos debere fatemur, ^{Et} tam vero humanitatem
Illustratum Vestrarum, a nimi nostri propensione
atq^{ue} benevolentia complectimur. Ceterum facile a:
pud se perpendere Illustrates Vestre possunt, quan:
tis sumptibus alendum fuerit hoc bellum, quod qui:
dem absorbit tantos, ut non solum comoda nostra,
atq^{ue} cariora quoq^{ue} nostra in eum usum conferendi, sed
etiam apud extraneos principes satis magnum
des alienum contrahendi, necessitatem habueri:
mus, unde facile colligere possunt, etiam si mai:
sime cupiamus Illustratibus Vestris gratificari,
difficile Nobis esse de sperata pecunia solutionem
hoc tempore promittere. Accedit hoc, quod ipsum
debitum ad Rempublicam ipsam potius, quae
etiam succedit in bona, merito pertinere debeat.
^{Quum} ~~Cum~~ igitur ineunte autumno comitia indicere
proposuimus, poterunt Illustrates Vestre sub id
tempus suos nuntios mittere, atq^{ue} cum Republica
quoq^{ue} de solutione sua agere. In quo quidem
perficiendo negotio, Nos quoq^{ue} partes nostras in:
terponemus

Nizynski

terponemus, omnesq; modos et rationes inibimus,
ut tandem Illustritates Vestre voti sui competes fiant.
Commissarios nostros, Magnificum Dominum Andree
am Opalinski de Brin, supremum regni nostri ma:
reschalem, Majoris Polonie, generalern, Bremen:
semq; capitaneum, et Generosum Raphaelern se:
szepinski, castellanum Bremensem, iteratis ^{literis} ~~visibus~~
monemus, ut cum Illustratibus Vestris eorumq;
commissariis, pro habita mutua intelligentia de
certa die locq; simul conveniant, easq; que exortie
sunt in finibus illis differentias atq; controversias
inter se componant, et sopiant, eosq; officium suum
facturos minime dubitamus, modo, prout ipsa res
requirit, Illustritates illarumq; commissarium
nostris commissariis ea de re primo quoq; tempo:
re communicent. Bene valeant Illustritates Ve:
stre. Date in civitate nostra ^{Riga,} ~~regia~~ die decima men:
sis aprilis, anno Domini ^{1582.} millesimo quingente:
simo octuagesimo secundo) regni vero nostri an:
no ^{sexto.} ~~septimo.~~

Stephanus Rex.

[mmp]